



Accord entre Henri VII et évêque de Strasbourg en 1226. AD67, G 2722/5

En 1225, la mort de Gertrude, dernière représentante de la lignée des Eguisheim-Dabo, suscite les convoitises : l'évêque de Strasbourg et l'empereur Frédéric II se disputent sa succession pendant 25 ans.

Les châteaux sont un enjeu majeur du conflit : en mauvaise posture face à l'évêque, le fils de l'Empereur, Henri VII, roi des romains*, s'engage ici à céder à l'évêque l'ensemble des biens issus de la succession de la comtesse de Dabo, dont le « nouveau château de Guirbaden, récemment [re]construit » par l'empereur.

Il s'engage à faire confirmer cet accord par son père avant la prochaine épiphanie. En gage de sa bonne foi, il lui remet en gage (en caution) le château impérial d'Illwickersheim**, qu'il devra lui racheter une somme colossale*** s'il ne respecte pas sa parole et si l'accord n'est pas ratifié par l'empereur.


* "Roi des romains" est la titulature exacte reprise dans les chartes. Elle désigne traditionnellement le prince élu au titre impérial avant son couronnement par le pape. Henri est ici couronné par son père roi des Romains en 1220. Frédéric II garde lui-aussi le titre. Il y a donc deux rois des Romains simultanément.

Dans les faits, le roi des Romains exerce son pouvoir sur la « Germanie » (et non l'Italie comme empereur) : par une sorte d'abus de langage, on peut utiliser roi de Germanie pour plus de clarté.

Henri VII gouverne le royaume de Germanie pour son père même si celui-ci garde le titre, et un droit de regard sur ce que fait son fils, puisque cet acte n'est valable que s'il est confirmé par Frédéric II.

** Illwickerheim (Ostwald).

*** 1000 marcs d'argent



Transcription

Heinricus dei gracia Romanorum rex et semper augustus.

Universis imperii fidelibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, gratiam suam et omne bonum. Noverint universi presentes et futuri, quod nos ob devotionem dilecti principis nostri Bertoldi Argentinensis episcopi et ecclesie sue compositionem inter serenissimum dominum imperatorem patrem nostrum et nos ex una parte, et dominum episcopum et suam ecclesiam ex altera super controversia diutius agitata, quemadmodum apud Spiram per nos, sicut ex literis nostris liquet, manifeste noscitur approbata, sic in perpetuum ratam et firmam habemus eandem, promittentes, quod a prima epyphania domini ad annum per dominum imperatorem patrem nostrum ipsam cum litteris eiusdem solempnibus faciemus in omnibus approbati pariter et confirmari.

Et quia nobis idem episcopus feodum nostrum, quod ab ecclesia ipsa diu requisivimus, concessit liberaliter sub ea forma, sicut in compositione continetur memorata, actionem omnem et ius universum, quod in omnibus bonis bone memorie comitisse de Dagesburc, filie comitis Alberti, ab eodem episcopo a marchionibus Hermanno et Heinrico de Baden ratione successionis hereditarie eiuptis, competit vel competebat, in manibus resignavimus et renunciamus eidem in tantum, quod etiam ueritate ratione donacionis seu venditionis vel alia aliqua de causa prefatum episcopum aut aliquem suum successorum vel per nos vel per alium aliquem impetentius, vel aliquatenus impediemus. Castrum etiam novum ante Girbaden [noviter edificatum] ante nativitatem domini instantis; uini tradetur in prefati episcopi potestate. Et hec omnia supradicta per dominum imperatorem patrem nostrum, sicut et de compositione preiussum est, faciemus usque quaque efficaciter observari. HEINRICH (TI). 1226 NOV. 28.

vari. Adeo quod si dominum imperatorem patrem nostrum ad observanciam et approbationem supradictarum inducere nequiremus, scilicet quod patentes sue littere et solempnes omnia supradicta continentis episcopo memorato vel suo successori usque ad tempus de compositionis observancia superius pretaxatum per nos date non fuerint, ad solutionem mille marcarum argenti nos obligamus eidem vel suo successori, pro qua summa pecunie Castrum Wichersheim cum suis omnibus pertinentiis titulo pignoris ipsi episcopo obligamus sub ea forma, quod idem episcopus Castrum prefatum fratribus de Hohenstein, Heinrico et Alberto medio tempore custodiendum cominendare tenetur; ita quod si littere domini imperatoris patris nostri memorato episcopo vel capitulo Argentinensi date fuerint, nobis castrum idem fratres resignabunt. Veni si, prout dictum est, date non fuerint, dicti fratres vel alter eorum episcopo vel capitulo, si episcopus non fuerit, castrum sine dolo et fraude usque ad solutionem plenariam supradicte pecunie tenendum reddent memoratum. Testes vero qui prelibatis interfuerunt hii sunt: venerabiles H. Herbipolensis, S. Augustensis, II. Eistetensis episcopi, H. prothonotarius, prepositus Argentinensis, L. illustris Bavarie dux, marchio de Baden, C. burgravius de Nuringen, comes Egeno, H. comes de Dilingen, II. nobilis de Lichtenberg O. de Ohnsenstein, E. dapifer de Walpurc, C. et E. de Winterstett et Dieto de Rafensburc, V. scolasticus, A. camerarius Argentinensis, et alii quam plures, loco et tempore, prout iustum fuerit, nominandi. Et ut memorate firmius conserventur, presens scriptum sigillo nostro et venerabilis Th. Trevirensis archiepiscopi, necnon principum supradictorum fecimus communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis m.cc.xxvi. Datum apud Herbipolim in solempni curia nostra, iv. kalendas decembris, indicione xv.

Transcription : provient de l'édition en ligne publiée sur le site Monasterium.net (<https://www.monasterium.net/mom/DeuKoenigeKaiser/f4ccd78d-4d11-44e8-941f-567f2a12df82/charter>)